

teñtia benignior erat, & secundum eam fuit decem reum condemnando ad poenam ducentorum verberum, & remigii per decennium sententiã diei 30. Junii ejusdem anni. Actuatio Francisco Manzano. Ego enim quamquam decisionem semper veneratus sim, pro prima calculum posui, quia Flor. Thor. & Gregorius Lopez in diverso casu extra ordinem puniendum dicunt, nempè quando nullo præcedente tractatu, quis ex duobus rixantibus unum detinet, & interim indefensus occiditur, quod est valde divertum; & delictum hoc consummatum videbatur, cum sic vulneratum ex primis percussionibus reliquissent, ut impossibile esset quod ab ipsis vulneribus evaderet, ab undecima hora, nempè nocturna usque ad auroram in agone positus, sensibus omnibus privatus permanfit, quare potius cadaver quam homo dici poterat; quid in simili dicendum sit ex dictis facile deprehendere potes.

CONTROVERSIA XVII.

De carceris effractore eximente reos homicidii insidiosè per conspirationem seditionem & tumultum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species exaratur, & n. 2.
- 3 Effractores regulariter extra ordinem puniendi sunt.
- 4 Pœna capitalis de qua in l. ff. de effractoribus, & aliis iuribus, non intelligitur de morte naturali, sed civili.
- 5 In penalibus mitior sententiã amplecti debet.
- 6 Seditiones concitantes, qua pœna puniantur quando non est contra principem, vel statum Reipublice.
- 7 Seditiosi hoc in casu non tenentur pœna ultimi supplicii.
- 8 Seditionem concitantes per leges Hispaniã pœna deportationis, qua est legis Julia de vi publica, puniuntur.
- 9 Effractores à jure pœna capitali puniendos verius est.
- 10 Effractores non solum dicuntur rei fugientes à carceribus eis effractis, sed auxilium, vel opem præstantes.
- 11 Carceres loca sacra dicuntur.

- 12 Loca sacra violantes pœna capitali plectuntur.
- 13 Pœna hæc capitalis, mortis naturalis est verè.
- 14 Maximè si ex effractione sequitur vulnus, vel alia injuria custodum.
- 15 Eximenes carceratum convictum, confessum, vel condemnatum de crimine capitali, pœna legis Julii majestatis tenentur.
- 16 Emendatio Dionysii Gosofredi in leg. 4. §. 1. ff. ad leg. Jul. majest. rejicitur.
- 17 Liberare reum convictum, confessum, vel condemnatum de crimine capitali solius Principis est.
- 18 Liberans reum similis delicti, majestatem violat, usurpans potestatem quam non habet.
- 19 Condemnatio non est necessaria ad violandam majestatem, sufficit de proximè condemnandum, quod evenit si reus convictus vel confessus sit.
- 20 Quæ procedunt in carcerato pro quocumque crimine, & jussu cujusvis judicis.
- 21 Judices ordinarii locorum domini particularis Magnatis, Regiam jurisdictionem exercere dicuntur.
- 22 Regis est omnis jurisdictio temporalis Regni, licet exercitium in dominium alteri concessum sit.
- 23 Eximenes carceratum de jure Hispano tenentur eadem pœna, qua tenebatur reus exemptus.
- 24 Eximenes carceratum, convictum, vel confessum, vel condemnatum de crimine capitali, pœna criminis læsæ majestatis teneri, plures Doctores Regni tenuerunt.
- 25 An ad incurrendam pœnam læsæ majestatis requiratur de jure Hispano, quod reus pro eodem illo crimine detineretur.
- 26 Occidens aliquem insidiosè, pœna ultimi supplicii tenetur.
- 27 Ut pœna pari puniatur eximens carceratum, non requiritur quod jussu judicis supremi Principis detentus sit.
- 28 Eximens homicidam, quamvis homicida non sit, tamen puniatur pœna eadem ac si fuisset.
- 29 Concitator seditionis, & tumultus, pœna legis Julii majestatis tenetur.
- 30 Concitans ex privata inimicitia seditionem, vel tumultum, quamvis non teneatur pœna legis Julii, capitaliter plectitur.

31 Præfer

- 31 Præferim si fuerit auctor seditionis & tumultus.
- 32 In criminibus per multitudinem patris, metus ad omnes, ad paucos pervenire debet pœna.
- 33 Pluribus seditionem facientibus auctores capite puniendi sunt, ceteri extra ordinem.
- 34 Quod procedit in quocumque alio crimine, licet atrocissimo.
- 35 Leges Hispaniã quomodo puniri caveant seditiones & tumultus.
- 36 Assonada quid apud Hispanos.
- 37 Pœna legis Hispaniã coadunationem armatorum puniens procedit alio crimine non secuto.
- 38 Plebeis si in seditione quis occiditur, vel vulneratur, pœna mortis naturalis imposita est per leges Hispaniã.
- 39 Seditio, vel tumultus factus, directe contra justitiã administrationem, non potest dici ex privata inimicitia.
- 40 Seditiosi ut crimen læsæ incurrant sufficit quod contra statum insurgant, licet non in personam Principis.
- 41 Seditiosi licet solum teneantur pœna legis Julii de vi publica ex circumstantiis aggravantibus possunt capitaliter plecti.
- 42 Aggressores adium, vel villarum camelo, pœna capitali plectuntur.
- 43 Decisio hujus causa.

VILLA de Escalona Metropolis illius Ducatus, celebrabat taurorum ludum die 7. Augusti anni 1661. plures ex villa de Nouvela spectatum venerunt, & cum inter ipsas villas æmulatio, & contentiones quotidie experirentur, quia recenter hæc ab illius jurisdictione exempta erat, præmeditè, ut ex gestis apparuit, Didacus Ximenez Nombelenfis tres tauròs in tempektivè necaverat, quod factum fuisse Escalonitæ crediderunt, suam auctoritatem contemnendo. Didacus del Valle Escalonita, & ipsius ludi Præpositus accessit ad Didacum Ximenez, & ipsum monuit quod à facto desisteret; renuente ipso, altercatio inter eos suscitata fuit, ita ut ad pugnam evaginatis ensibus pervenirent; & dum ipsi pugnabant, Lucas Polo Decurio Nombelenfis, ex parte adversa celeriter currendo, Didacum del Valle à tergo vulneravit, atque occidit. Illic captus cum aliis fuit, in atrio cujusdam Ecclesiæ. Restitutionem judex

Ecclesiasticus, sub censuris postulavit, quas usque ad publicationem ex renitentia judicis ordinarii, appellacione denegata, perduxit. Quare emissio recursus per viam violentiæ ad Regium Pincianum Prætorium, pronunciatum fuit Ecclesiasticum vim intulisse in cognoscendo, & procedendo, cujus censuræ reponi jussum fuit.

Notitia hujus pronunciationis, celeriter delata fuit ad villam de Nombela; cujus incolæ, mediante Joanne Ruiz (qui ex illis erat, & pessimæ qualitatis homo, in villa de Escalona degens) carceris effractionem, reorumque exemptionem tumultuosè decreverunt, quod ad executionem deductum fuit die 3. Octobris subsequenti; hora duodecima nocturna, pluribus illorum coadunatis cum armis, numerum ducentorum excedentibus, qui ad villam de Escalona pervenientes ducente, & auctorante Joanne Ruiz, in suburbio stationem cum jumentis, & commeatu relinquentes, usque ad forum Escalonis penetrarunt fores externas carceris apertas invenerunt, ex depositione dicti Joannis Ruiz, qui lanionem introduxerat, ut prætextu exeundi ad necandos arietes eas aperuit; in carcerem ingressi, januas interiores cum catenis reorum effregerant, custodes percutiendo, focerum occisi vulneraverunt, manum dexteram amputando, ceterosque secum violenter duxerunt, simul cum reis; ne ad notitiam Escalonitarum facinus statim perveniret; & ad propria redeundo in modum triumphi, acclamationibus, & arcabustorum strepitibus maleficium celebrando. Hujus criminis perquisitio, & animadvertio mihi commissæ fuit, & cunctis narratis concludenter in actis comprobatis, inter alios captus fuit Joannes Ruiz, & de crimine confessus.

Dubitabam quæ pœna plectendus esset, & prima facie videbatur extraordinaria pœna multandum; quia licet aliqui ex Doctorebus tenuerint eximenes carceratum eadem pœna puniendos esse, qua exempti plectendi erant, argum. Text. in leg. 1. c. de his qui latron. Bartol. Jason. Berber. & alii relati per Fatim. quest. 30. num. 92. tamen ut ipse subjungit n. 93. cum ipse reus capitali pœna non teneatur, neque adhuc confessari criminis, sed mitiori, judi-

K 4 cis

eis arbitrio, in eximentibus idem dicendum esse pluribus probare conatur, quam sententiam secuti fuerunt Joann. Faber. in §. penales, vers. item adversus, n. 7. in fin. inst. de action. Alexand. cons. 35. num. 4. lib. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 348. num. 2. Marfil. cons. 30. num. 7. & cons. 47. num. 7. & 8. Ant. Gomez variar. tom. 3. cap. 3. num. 50. qui omnes allegant Text. in d. l. 1. & eam interpretantur de pœna extraordinaria. In quam sententiam inclinasse videntur Don. Lud. Peguera decif. catal. l. n. 3. cum seqq. Ant. Matth. de crim. lib. 4. 7. ff. tit. ultim. cap. 4. num. 5. & Vilofa de fugitivis, cap. 18. §. 4. num. 26.

4 Quibus ad stipulantur, quod licet hi eximentes reum, effractoress etiam dicantur; propriè; pœna capitalis de qua Consultus in l. 1. in princ. ff. de effractor. & in leg. milites; §. 1. ff. de custodia reor. non de pœna mortis naturalis, sed de alia mitiori, civili morte nempe, intelligenda est, quia cum in pœnalibus mitior interpretatio sumenda sit; l. si Praeses, l. pœna, ff. de pœn. cap. cum hoc, §. pœna de pœnit. distinct. l. 1. semper, ff. de regul. jur. cap. semper in obscuris; de regul. jur. in 6. dummodo in lege, vel statuto non reperitur expressio clara pœnae ultimi, vel acerbissimi supplicii, semper de civili intelligenda sunt jura; ut tenuit Gloss. in leg. 1. in princ. ip. verbo capitali, Cod. de Christ. mancip. pluribus Peguera d. decif. 10. num. 6. & Farinac. quæst. 19. n. 3. & quæst. 30. numero 4.

6 His accedit quod licet conventicula facientes, aut seditionem, & tumultus concitantes contra iudices, vel justitiam administratos puniendi sint, quando conspiratio, vel tumultus non est contra Principem supremum, vel illum Magistratus, aut statum publicum, sed Domini inferioris, vel ad privatorum exitium, non tenentur pœna legis Juliae majestatis, sed de vi publica, ex 7 Text. in l. 3. in princ. & §. 1. ff. eo tit. l. ult. Cod. ep. l. 1. & 2. C. de sedition. & sic non veniunt semper puniendi pœna ultimi supplicii, l. 1. §. quies, ff. de offic. Praefect. Urb. l. capital. 28. §. solent, ff. de pœnis; pluribus Farin. q. 113. num. 128. & n. 201. Anton. Gomez, variar. tom. 3. cap. 2. n. 7. vers. secundo limita; Antonius Matthæus lib. 48. ff. tituli. 2. cap. 2. numero 6. Quod nostris legibus Hispanis absque dubio procedere videtur; nam in leg. 2.

titul. 10. part. 7. conventicula, & tumultuarias armatorum coadunationes facienti pœna legis Juliae de vi publica imponitur, quæ deportationis, & bonorum amissionis est, l. 8. eod. tit. l. 1. tit. 10. lib. 4. ordin. l. 1. & 2. tituli. 15. lib. 8. recopilation. Quibus positis nullatenus pœna capitali puniri posse videbatur.

Sed his non obstantibus, ultimo supplicio damnandum decrevit; tanquam effractorem carceris, reorum exemptorem, & seditionis, atque tumultus auctorem. Quod esset effractor dubitari non poterat, cum ipse fuisset ductor carcerorum, quibus associatus carcerem effregit, & hi pœnâ ultimi supplicii puniendi sunt. Textus expressus in l. 1. in princ. ff. de effractor. ibi; Saturninus etiam probat in eos qui de carcere eruperunt, sive effractoribus, sive conspiratione cum cæteris qui in eadem custodia erant. capite puniendos, l. in eos 13. ff. de custod. reor. l. si quis 38. §. miles 11. ff. de pœn. l. milites 13. §. ejus fugam, vers. cum tamen, ff. de re milit. de quo aliqua diximus supra contravers. §. num. 52. & nota quod Ulpianus dict. leg. 1. non solum loquitur de reis fugientibus effracto carcere, sed de cæteris cum eis conspirantibus, qui carcerem effregerunt, ut reos vindicarent; de istis enim loquitur ibi; in eos qui de carcere eruperunt, de illis autem ibi; cum cæteris qui in eadem custodia erant. Quam interpretationem secuti sunt Farinac. dict. quæst. 30. num. 2. 166. & 202. Pettus Caballus cas. 8. numero 1. Anton. Matthæus d. lib. 47. tituli. ultim. cap. 4. numero 1. & 5. Vilofa de fugitivis, d. §. 4. n. 24. qui testantur à pari procedere an quis pro se eximendo fregit, an pro alio. Quod optima ratione sulcitur, nempe quia carceres sunt loca sacra; cum reipublice utilitati dicata reperiantur in sacra loca, ff. de rerum divisi. Sed tumultus, aut violans sanctum capite plectitur; l. final. ff. eodem tituli; igitur effractoress carcerum ea pœna plectendi sunt; Farinac. dict. quæst. 30. numero 25. Peguera dict. decif. 1. num. 5. Vilofa d. cas. §. 2. n. 19. Ant. Matth. d. cas. n. 1. post medietatem. Caball. d. cas. 8. n. 35. quæ hæc sunt. Nec relevat si dicatur hanc pœnam capitalem non esse intelligendam de morte naturali, sed civili ex superius adductis, num. 5. nam præterquam quod contrarium verius est; ut accuratè probat Antonius Matthæus d.

d. cap. 4. num. 1. sequitur Franquis decif. 140 num. 2. & Thor. in compend. decif. tom. 1. verb. pœna capitis adjecta in lege, illa opinio quæ plurimum posset procedere quando cum effractione non fuit aliud crimen admissum; secus verò quando ultra effractionem fuit secuta vis, injuria, vulnus, aut mors alicui ex custodibus; nam in hoc casu pœnam ultimi supplicii imponendam, docuit Jodoch. in pract. crim. cap. 18. de effractor. carcer. num. 2. Bonifac. Vital. de malef. Rub. de carcer. privat. vel fract. num. 8. vers. si carceratus, Fatin. d. quæst. 30. numero 202. Atqui in nostra specie non solum carcer effractus fuit, sed violentia illata cunctis custodibus uno graviter vulnerato, aliis percussis & cæteris violenter abductis, usque ad confinia terminorum: ergo capitali pœna mortis naturalis tenebantur omnes, qui similem violentiam intulerunt. Quæ de jure nostro procedunt, ex l. 14. tit. 129. p. 7. inferius expendenda.

15 Secundò, ille reus factus fuit eximens carceratum pro crimine capitali: eximentes enim Reos convictos, vel confessos, aut condemnatos de his criminibus, pœna legis Juliae majestatis tenentur, Text. in l. cujusque 4. §. 1. ff. ad leg. Jul. majest. quo Scevola sic dixit: item qui confessum in judicio reum, & præter hoc in vincula conjectum emisit. Et licet Dionysius Gotofredus tenuerit emendandum hunc Textum, ita ut dicat; in hoc judicio reum. Ex quo infert quod nisi decineatur pro crimine læsæ majestatis, eximentes pœna illius legis non subjiciuntur: tamen est divinatoria hæc interpretatio, quales sunt omnes quæ jura corrigere conantur, ob quod justissimè rejicitur à Farinacio, d. q. 30. num. 103. Caballo, d. cas. 8. num. 5. Ant. Matthæo, d. lib. 48. tit. 2. cap. 2. numer. 21.

17 Et ratio est quia liberare reum condemnatum, vel de proximo condemnandum, ut puta convictum, vel confessum de crimine capitali, solius Principis est: nam facti quæstio in arbitrii judicantis est; pœnæ verò legum auctoritati reservatur, l. 1. §. quorum, ff. ad Senat. Conf. Turp. quibus cum Princeps solutus sit, consequens est eum solum convictum, vel confessum, aut condemnatum liberare posse, §. sed & quod Principi instir. de jur. nat. gent. & civil. l. penult. Cod. de calumniat. l. penult. C. de precib. imper. 18 offerend. l. 1. §. ult. ff. de Quæstion. Quare

si quis similem reum in vincula conjectum emisit, majestatem violare necesse est, usurpando potestatem quam non habet, Bart. in d. l. cujusque, & ibid. Bald. Joan. Faber. in §. penales quæque actiones, vers. item adversus eum, num. 7. instir. de action. Jalon. in d. §. penales, n. 104. vers. si autem erat incarceratus pro causa criminali. Angel. de malef. verbo quod fama publica; num. 55. vers. secundo quæro. idem Jalon. in l. 1. §. quod Praetor, num. 17. vers. aliquando qui exemit & vers. ista est vera & perfecta, ff. ne quis eum qui in jus voc. & in l. latic. C. de rapt. virg. num. 3. Alex. consil. 35. num. 4. vol. 2. Marfil. in tract. de Bannit. in rub. captivo. num. 8. vers. si autem captus; Gigas de crim. læsæ majest. lib. 1. rub. qualiter & quibus, qu. 58. in fin. num. 8. Plotus de instir. jur. §. 25. n. 8. Conrad. in pract. tit. de carcer. num. 20. in fin. Jodoch. in pract. cap. 18. Rub. de effractor. n. 4. vers. sine crimina. obnoxium Joan. Berber. in rub. rub. 15. de effractor. n. 5. Bursat. cons. 216. n. 5. his & aliis relatis, Farin. d. quæst. 30. n. 104. Caballus, d. cas. 8. num. 2. Jul. Clar. §. fin. q. 29. n. 5. & q. 68. n. 10. Guazzin. defens. §. cap. 5. num. 6. & seqq. Vilofa, de fugit. d. c. 18. §. 2. numero 20. Quorum plures non solum firmant conclusionem; quoad confessum, sed etiam quoad convictum legitimis probationibus; quos sequutus fuit noster Ant. Gomez, d. c. 2. num. 7. Et licet pariter teneant quod requiratur, reum detentum fuisse pro crimine Capitali; Farin. d. n. 102. cum pluribus ex proximè adductis; in nostra specie hæc qualitas verificabatur, ut mox dicitur.

Nec relevat si dicatur detentum de quo loquitur non fuisse carceri mancipatum jussu Magistratus supremi Principis, neque crimen læsæ majestatis: nam ut Farinacius, d. q. 30. n. 104. Clar. d. q. 29. num. 5. & q. 68. n. 10. ubi Bajard, num. 17. Caballus, d. cas. 8. n. 5. tenent, conclusio procedit in detento pro quocumque crimine, si capitale sit, & repariatur convictus; vel confessus; aut condemnatus, & sic pluries decisum testantur Clarus & Caballus, quicquid dicant Gotofredus ubi supra; & Antonius Gomez, d. cap. 2. num. 7. & sic explicat Farinacius num. 105. Qui quidem Doctores non distinguunt an captus sit per Judicem supremi Principis, vel per ordinarium. Ultra quod norandum est quod Judex ordinarius, qui iussit huic reum carcer

carceri mancipari Regiam jurisdictionem administrabat in ea Villa, quae licet sit de statu & dominio Ducis de Escalona, jurisdictione non est illius, sed tantum usus in prima instantia, ut probat Text. in l. 1. tit. 1. lib. 4. recopil. ubi Azevedo, si ei concessum expressè est, nam si non sit expressè concessum, jurisdictionem nomine Regis exercent annui Judices, quos *Alcaldes ordinarios* vocamus, & ab ipsis Universitatibus eliguntur, ut cum Avendaño, Covarrvias, Palacios, Rubios, Matienço, Bobadilla, & aliis probat eruditè Dominus Larrea, allegat. 70. ex num. 1. Quare per Magistratum Principis captum dicere debemus, quia ejus nomine Judex Ordinarius Regiam jurisdictionem exercebat: sed reus de quo loquimur exemit detentum pro homicidio infidioso, ratione cuius immunitate Ecclesiae frui non poterat, ut decusum fuerat in Regio Pinciano Prætorio, & talis exemptio facta fuit cum violentia, effractione, armis & vulneribus: igitur poenæ capitalis & ultimi supplicii Reus factus fuit.

23 Demum quia de jure nostro Hispano hæc pariter procedunt juxta Text. in l. 20. tit. 2. lib. 7. & l. 3. tit. 4. eodem lib. 7. for. judic. l. 11. tit. 13. lib. 4. for. legum, l. 56. in fin. in legibus styl. leg. 14. tit. 29. part. 7. leg. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. l. 7. tit. 26. lib. 8. recopil. melior Text. in l. 5. ad med. tit. 22. eodem lib. 8. recopil. Quibus juribus cavetur quod eximens carceratum per vim teneatur eadem poena qua ille subjectus erat: qui quidem Textus intelligendi, & interpretandi sunt, quando carceratus simpliciter reperitur imputatus de aliquo crimine, non verò quando convictus, confessus vel condemnatus est, prout de jure cautum est, & testantur Clarus, d. quest. 68. n. 10. Farin. d. quest. 30. n. 98. & 101. Caballus, d. cas. 8. num. 6. nam si condemnatus, aut convictus vel confessus & poena legis Juliae majestatis tenetur, docuit Gregor. Lopez, in d. l. 14. tit. 29. part. 7. Gloss. 1. vers. aliquando est major, Didacus Petez in l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. Gloss. e si se tomaren el preso, vers. secunda conclusio, & in l. 12. tit. 14. lib. 2. gloss. 1. conclus. 6. Azevedo, in l. 1. tit. 18. lib. 8. recopilat. num. 171. Petrus Plaça, in epit. delictor. cap. 38. n. 7. Ant. Gomez d. tom. 3. cap. 2. num. 7. & ibi Aylon. Bobadilla, lib. 3. Pol. cap. 15. n. 132.

Alfonfus Natbona, in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopil. gloss. 7. numero 58. cum pluribus segg. Don Joan. Vela, de poen. delictor. cap. 19. num. 13. Et quanquam aliqui ex his limitent ad casum detenti pro crimine læsæ majestatis, jam superius dictum remanet hanc opinionem esse communiter reprobata, sed dato quod sequenda esset, omnes uniformiter tenent, quod eximens debet puniri eadem poena qua, & detentus plectendus erat: sed in nostra specie Lucas Polo principalis emissus, pluribus testibus & ipsa notorietate convictus erat de homicidio nequiter, atque infidiosè patrato, Didacum del Valle à tergo vulnerando, & occidendo, dum cum alio, provocatus pugnabat, ob quod poena ultimi supplicii puniendus erat, ex l. 3. & 7. tit. 23. lib. 8. recopil. ubi Azevedo, Ant. Gomez var. lib. 3. c. 3. num. 105. Don Joan. Vela cap. 15. num. 37. & cap. 25. num. 1. Ergo licet non teneretur poena legis Juliae, tenebatur poena specialis per nostras leges inducta, quæ est eadem qua tenebatur exemptus: ad quam imponendam non est necesse, quod captus fuisset jussu principis vel magistratus supremi, cum juxta d. l. 14. tit. 29. part. 7. sufficiat quod in carcere positus sit jussu cujuscumque Judicis, ut dixit noster Alfonso, ibi: *O de alguno de los tros que han poder de judgar*; cum qua congruunt cætera jura Hispana superius adducta. Nec obtabit si dicas eximentem homicidam, non posse dici propriè homicidam, & sic de cæteris criminibus: quia ut notat Azevedo, in l. 5. tit. 22. lib. 8. recopilat. num. 9. licet quoad crimen, vel delictum non æquiparentur, æquiparantur quoad poenam auctoritate legis, quod sufficit ad hoc, ut ipsa poena debeat.

Tertiò, quia hic Reus fuit concitator tumultus & seditionis: quando auctor coadunationis, plusquam ducentorum armorum ad malum finem, nempe effractionis carceris, ut eximeret reos justissimè detentos cum violentia illata universæ villæ de Escalona, Metropolis illius Ducatus, eos duxit usque ad summationem sceleris, non solum cooperando, sed cuncta disponendo: & quam dubitetur per Doctores relatos per Farin. quest. 113. num. 179. an qui tumultum & seditionem concitant teneantur poena legis Juliae majestatis, si causâ private inimicitiae fiat: tamen nemo dubitat poenam extendi ad ultimum suppli

supplicium quando ex tumultu, seditione vel coadunatione armorum sequitur scandalum ingens, vel alia delicta gravissima patrantur. Probat Text. in l. 1. & ibi Glossa, verbo gravissimam, C. de sedition. ubi Salicetus, Maranta, de ordin. jud. parte 6. Rub. de inquis. num. 129. vers. quinto ex Textu, Jodoch. in pract. rub. 63. de sedition. num. 4. & 5. Tiber. Decian. lib. 7. crim. cap. 7. num. 19. & cap. 19. n. 27. Capicius, decis. 130. per tot. Menoch. de arbit. cas. 266. num. 5. Clarus, d. q. 68. num. 36. & ibi Baiardus, num. 109. And. Gail. de pace. lib. 2. cap. 9. num. 33. Farin. d. q. 115. num. 193. qui numero 197. tenet ab hac opinione non esse recedendum in praxi, Novar. ad prag. Neapol. tit. de Abolit. prax. 2. collect. 3. num. 66. Anton. Matth. d. lib. 48. ff. cap. 2. numero 6. Quæ præcipuè locum sibi vindicat in auctore tumultus vel seditionis, Textus expressus, in l. si quis aliquid 38. §. auctores, ff. de poen. ibi: *auctores seditionis, & tumultus populo concitato pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut bestiis obijciuntur, aut in insulam deportantur*. Quia si multitudo in crimine est, auctores tantum puniendi sunt: sic monuit Livius, lib. 18. histor. ibi: *Certabatur sententia utrum in auctores seditionis animadverteret, an plurimum supplicio vendicanda tam sedi exempli defectio magis, quam seditio esset*. Vicit sententia lenior, ut unde orta culpa esset, ibi poena consisteret, ad multitudinis castigationem satis esse: Sequitur Vigetius lib. 3. de re milit. ibi: *quod si fieri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est, more majorum, in auctores criminum vindicari: ut ad omnes metus, ad paucos poena perveniat*. Quam conclusionem non solum in crimine seditionis, sed in quocumque alio ex atrocioribus ne multorum strages sequatur in unius vindicta: probant Text. in cap. fin. ubi Gloss. de transact. cap. ut constitueretur 50. distinct. c. confessiones 14. distinct. c. ipsa pietas 23. quest. 4. Carrer. in prax. §. homicidium 6. num. 346. Cavalean. de Brach. reg. part. 4. num. 153. in fin. & part. 6. num. 110. Tiraquell. de poen. temper. caus. 47. per tot. Gail. de Pace, lib. 2. cap. 9. num. 33. Clar. quest. 60. n. 30. & ibi Baiard. num. 103. Farin. q. 96. per tot. & quest. 131. num. 3. Tuscus, lit. P. conclus. 255. num. 10. & lit. M. concl. 428. & lit. D. conclus. 188. Avendaño, de exeg. mandar. part. 2. cap. 4. num. 14. Marra, de jurisdic. part. 2. c. 15. num. 14.

Ponte de Potest. Prærog. tit. 1. de provif. fin. solit. num. 1. Menoch. de arbit. cas. 598. num. 40. Barbol. in collect. c. quoties in populis, 2. q. 1. Giurba, consil. 2. n. 33. & 65. Quando verò dicatur multitudinem deliquisse tradunt Baiard. d. num. 103. & Giurba, d. num. 65. Cum autem is reus principalis auctor probaretur ex actis, & ex confessione, quia consilium dedit, modum exequendi disposuit, multitudinem concitavit, & duxit in carcere Laniones cautè introduci fecit, ut fores aperirent, commentariensem ebrium fieri admonuit, armatos per stationes in vicorum exitibus collocavit, custodibus auxilium interdixit, catenas, & januas exteriores fregit, & reum principalem humeris cum compedibus, liberavit, præmeditato consilio cum reis, & illorum uxoribus habito, sub spe præmi à consanguineis Carceratorum promissi: ergo tanti facinoris auctor poena acerbissima puniri potuit, & debuit.

Neque leges Regni repugnant, quia licet coadunatio armorum ad malum finem puniatur poena verberum, & exilii, vel pecuniaria, juxta Textum, in l. 3. tit. 1. lib. 8. fori jud. l. 11. tit. 4. lib. 4. for. leg. l. 16. & 17. tit. 26. part. 2. l. 1. tit. 10. lib. 4. ordin. l. 42. tit. fin. lib. 8. ordin. l. 1. & 2. tit. 15. lib. 8. recopil. ubi nostri glossatores plura: hoc procedit nullo alio crimine, vel damno secuto, ut expressè habetur, in l. 2. tit. 10. part. 7. & quando in privatum dirigitur factio, quam *Asonada* nostrates vocant, & damnum in bonis factum fuit, non autem in personis. Nam si in personarum damnum fiat, poena legali puniatur: d. l. 11. tit. 4. lib. 4. fori leg. ibi: *T si mataraz, o friere en todos bayan la poena que manda la ley*: quando enim aliquis occiditur, vel vulneratur in seditione, ipsi seditionis plebei sint, ut ut d. l. si quis aliquid 38. §. auctores, ff. de poen. poena ultimi supplicii plectuntur, per d. l. 17. tit. 26. part. 2. ibi: *c. si fuessen de los menores que muriesen por ello*. Præterea quia in hac specie, dici non poterat ex privato odio perpetratum fuisse, cum in odium vindictæ publicæ, & administrationis Justitiæ contra universam villam factum esset, quo in casu crimen læsæ majestatis committi videtur, ut probat Text. in l. 1. tit. 2. part. 7. vers. la serenã. ibi: *si alguno fiesse bollicio, o levantamiento en el Reyno haciendo juras o cofadrias de cavalleros, o de villas contra*

el Rey, de que naciesse dano a el, o a la tierra. Licet enim in hoc casu damnatum non fuisset secutum Regi, tamen secutum fuit regno, vel terræ, quod est sufficiens juxta decisionem hujus Text. ibi: a el o a la tierra. Et Rex uti Rex offensus fuit ex contemptu jurisdictionis illius, vel saltem utilitas publica quod sufficit, ut probat Vela, de crim. c. 21. n. 2. quæ confirmantur per Text. in l. 3. tit. 19. part. 7. ibi: Onde los que tal levantamiento como este hacen son traidores, e devien morir por ello, e perder quando ovieren, quo Textu non tractatur de seditione in personam ipsius Principis facta, sed contra statum publicum, vel contra patriam, & in exitum reipublicæ, quod sufficit ut crimen læsæ dicatur, ut pluribus probat Azevedo, in d. l. 2. tit. 15. lib. 6. recopil. n. 16. cum sequent. quare reus non poterat mortis pœnam evadere.

40 Sed demus quod solum teneretur pœna legis de vi publica, ex Textu, in d. l. 2. tit. 10. p. 7. tamen ex qualitatibus aggravantibus pœna etiam exacerbatur usque ad mortem juxta Text. in d. l. capitalium, §. Solent; ibi: nomen quam capite plectendi, junct. l. aut facta, ff. de pœn. melior Textus, in l. qui a des. ff. ad leg. Jul. de vi publ. ibi: siquidem in turba cum telo fecerint capite puniuntur. Docet Ant.

41 Matthæus, d. lib. 48. tit. 4. cap. 2. n. 1. cum quibus consonant, d. l. 1. junct. l. 8. verba si en la fuerza, tit. 10. p. 7. ibi: el que fuere el mayor del aiuntamiento mas devie morir por ende. l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Jul. de vi publ. & privat. Si enim ædes alienas privatorum in turba cum telo aggreditur, capite plectendus est ex illo Textu, quid dicendum in eo qui ædes publicas, sanctas, sacratas in reipublicæ utilitate non solum aggreditur, sed expugnat: si occidens in tumultu privatum pœna capitali plectitur, quid statuendum in eum; qui custodem auctoritate publica destinatum mutilat, alios vulnerat, alios percutit, ac omnes opprimit. Ex his omnibus sent. die 5. Novembris ejusdem anni Joannem Ruiz, ad pœnam furcarum condemnari, lanionem, ad pœnam verberum & remigii per sexennium, & alios diversis pœnis extra ordinem juxta culpæ uniuscujusque qualitatem: quæ executioni deducta fuerunt die 7. eorundem, actuantibus Antonio del Valle, & Emanuele de Paramo.



CONTROVERSIA XVIII.

De homicidio sacrilego patrato in Carcere, & an Commentariensis ad aliquid ex eo teneatur.

SUMMARIUM.

- 1 Causa scribendi de hoc crimine.
- 2 Facti species proponitur, n. 3. & 4.
- 3 Carceris Valentina descriptio, & n. 6.
- 7 Officia Regia obtinentes in Regno Valentia non possunt puniri per inquisitionem sine expressa delegatione Principis ad procedendum in eos.
- 8 Princeps solus, in sacro supremo Aragonum Consilio, potest punire suos officiales juxta foros.
- 9 Idem de jure cautum est.
- 10 Conclusio hæc licet communiter intelligatur de Senatoribus, & aliis supremis Magistratibus, procedit pariter quoad Commentariensem titulo Regio electus.
- 11 Officium Regium à Principe concessum, solum ab ipso Principe auferri potest.
- 12 Procurator Fiscalis in Regno Valentia obtinet officium simile eo, quod Agente fiscal in his Regnis vocatur.
- 13 Primogenitus Regis in Corona Aragonum Regis Vicarius nascitur cum plenitudine potestatis.
- 14 Commentariensis Carceris Valentina, officium obtinet superius ab officio Procuratoris Fiscalis Villarum.
- 15 Inquisitio in Regno Valentia certis criminibus limitata est per foros, & n. 17.
- 16 Quod non est discussum non potest dici decisum.
- 18 Inquisitio in Regno Valentia potest formari quoties pœna corporalis debetur.
- 19 Exceptio defectus jurisdictionis insanabilis est, & potest deduci semper.
- 20 Supplicationis causa æquiparatur causa appellationis.
- 21 Delicti corpus ante omnia debet comprobari.
- 22 Corpus delicti in transgressione præcepti est ipsum præceptum.
- 23 Præceptum non potest probari per testes.
- 24 Ex præcepto verbo tenus factum non nascitur obligatio parendi.

Præceptum

- 25 Præceptum de substantia requirit scripturam authenticam.
- 26 Præceptum pœnale judicialiter debet fieri.
- 27 Pœna, ut debeatur ex transgressione præcepti, fieri debet præceptum per Judicem judicialiter procedendo.
- 28 Rubrica digestorum non dicit: Si quis judici, sed si quis jus dicenti non obtemperabit, quod inducit judicialem somam procedendi.
- 29 Præcepti verbalis transgressio ex reverentia Magistratibus debita levi coercionem puniri valet.
- 30 Qui aliquid gerere debet in Regno Valentia de mandato principis, non admittitur quin mandatum probet Regis literis juxta forum.
- 31 Principis iustiones nullius momenti sunt in Regno Valentia, neque executionis deduci possunt, nisi subscripta sint per Cancellarium, Vicecancellarium, aut Regentem Cancellariam.
- 32 Acta judicialia in Regno Valentia in causa excedente summam quinquaginta drachmarum, aut Regalium argenti, scripturam de substantia requirunt per forum.
- 33 Sententia pariter scripturam necessario desiderant.
- 34 Præceptum pœnale non solum in scriptis debet fieri, sed & illius injunctio.
- 35 In materia præcepti pœnalis, tantum dictum præsumitur, quantum scriptum, & non amplius.
- 36 Decretum de imponendo reo in ergastulo in scriptis ferri debet.
- 37 Confessio rei non potest supplere defectum scripturæ præcepti.
- 38 Confessio rei nil valet quoad probationem corporis delicti.
- 39 Præcepta verbo tenus facta, & sine causa cognitione, nil operantur.
- 40 Obedientia Magistratibus debita, procedit in quantum judicialiter procedunt.
- 41 Crimina quo graviora sunt, liquidiorum probationem desiderant.
- 42 Testis in plenario revocans dictum, in sumario nil probat.
- 43 Execulpatio tollit quicquid inculpatio intulit.
- 44 Dictum secundum testis prævalet primo si animo corrigendi fiat.
- 45 Causa inculpandi, & exculpandi debet attendi.
- 46 Testes de auditu nihil probant in his qua per sensum visus percipiuntur.
- 47 Testes non repetiti in plenario, nihil probant.
- 48 Testis Apparitor non probat, quia suscipit vices accusatoris.
- 49 Testis inimicus minime probat.
- 50 Testes officiales curiæ multa referunt contra reos, ut excasperent animos Magistratum.
- 51 In materia probatoria, à communiter contingentibus sumitur indicatio.
- 52 Testis ex concursu plurium objectionum multo magis excluditur.
- 53 Birroarius ob vilitatem excluditur à testificando.
- 54 Socius criminis in Regno Valentia admittitur juxta forum.
- 55 Limita si alia obiectio non obstitit præter societatem.
- 56 Carceribus mancipati amuli sunt Commentariensis.
- 57 Testis criminis repellitur à testificando.
- 58 Permissio concessa per Commentariensem reis ad audiendam rem sacram, etiam sub clausura existere jussit, non potest in culpam imputari nisi expressè dicatur.
- 59 Impedientes audire rem sacram absque gravissima causa, peccant.
- 60 Confessio qualificata non potest à qualitate separari.
- 61 Præceptum de re impossibili non tenet.
- 62 Lex de re impossibili neminem ligat.
- 63 Impossibilitas requisita ut lex vel præceptum non teneat, sufficit quod sit moralis.
- 64 Commentariensis non tenetur de gestis eo absente, sed tenetur adjutor.
- 65 Carceris Valentina Commentariensis residentiam facere debet in vestibulo & quare.
- 66 Rei non possunt detineri in ergastulis, vel arca custodia, ultra tres dies.
- 67 Carceratorum causa vel citè expediri debent.
- 68 Criminales causa in Regno Valentia si pœnam pecuniariam continent infra biduum terminanda sunt; si autem corporalem pœnam expostulent, intra quinque dies culpa debet comprobari, cum alias fidejussoribus sint relaxandi.

D.D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars I.

L. 69 Carcer